

trono Principali habendum, et colendum sub ritu, qui Patronis Principalibus civitatum conceditur; ita ut infra annum in Officio Divino, quando dicuntur suffragia Sanctorum, de eo ut Patrono Principali fieri debeat commemoratio loco competenti, et præterea in Missa, quando dicitur Oratio *A cunctis*, sub litera N. ejus nomen exprimi debeat?

S. C. rescribendum censuit. Ad 1. « Lice-re, prout in Dubio. Ad 2. Pariter licere, prout in Dubio: Dum modo non omittatur in Metropolitana commemoratio SS. Salvatoris tamquam Titularis ejusdem. » Et ita declaravit, ac servari mandavit. Bahien. Die 16. Februarii 1754.

2. Cum in Ordine Carmelitano discaleato post festum omnium Sanctorum die 15 Novembris, recurrente festo sub ritu duplici S. Gellrudis, habeatur commemoratio defunctorum Ordinis prædicti sub ritu duplici, dicendo missas pro defunctis Fratibus et Sororibus ejusdem ordinis; quaeritur an sufficiat, quod recitetur unum Nocturnum cum Laudibus Officii Defunctorum sub ritu duplici seu potius recitari debeat totum Officium Defunctorum sub eodem ritu, recitatis pridie Vesperis cum psalmo *Lauda, anima mea*, etc.? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. 2. « Dentur Decreta in una Einsidlen. 23. Jun. 1736. et in una Ordinis Eremitarum Camaldulensium. » Et ita declaravit. « Ordinis Carmelit. Excalc. Prov. Poloniae Die 27. Martii 1773. »

3. 1. An in casu, quo in Dominica Paschæ, et Pentecostes occurrant Officia semiduplicia, et duplicia minora, pro quorum translatione locus non supersit in toto anni Ecclesiastici decursu, de ipsis fieri debeat commemoratio in eadem Dominica Paschæ, et Pentecostes in Vesperis, et Laudibus, et Missis: an vero debeant prorsus omitti? in casu etc.

2. An de iisdem semiduplicibus, et duplicibus possit fieri commemoratio in feria 2 et 3 Paschæ et Pentecostes in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa?

3. An in quibuscumque aliis duplicibus sive secundæ, sive primæ classis, comprehensis etiam festis Ascensionis et Corporis Christi fieri possit commemoratio de laudatis duplicibus, et semiduplicibus in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missis æque ac fit de die Octavæ, si alicubi occurrat?

4. An de eisdem semiduplicibus, et duplicibus fieri debeat commemoratio in Vesperis feriæ 3 Paschatis, et Pentecostes, necnon in secundis cujuscumque alterius festi primæ classis in casu, quod de ipsis facienda sit die sequenti?

5. An de laudatis semiduplicibus, et duplicibus legenda sit nona lectio ad Matutinum, composita ex omnibus eorum lectionibus propriis secundi nocturni ad modum unius in omnibus duplicibus primæ classis, exceptis illis trium lectionum, Festo, et Octava Corporis Christi, et quoties legenda occurrat nona lectio de homilia super Evangelium?

6. An in Missis Dominicæ Palmarum, et Vigiliæ Pentecostes, in quibus excluditur commemoratio festi simplicis, licet facta

fuerit in Officio, facienda sit commemoratio de prædictis duplicibus, et semiduplicibus in Missis?

9. An commemoratio festi duplicis occurrentis in Dominica per annum, in qua recitatur officium alicujus festi mobilis majoris ritus, vel dignitatis, præferenda sit commemorationi ejusdem Dominicæ, lecta tamen nona lectione de homilia ejusdem?

11. An occurrente festo Confessoris non Pontificis infra octavam alterius festi pariter Confessoris non Pontificis, pro commemoratione octavæ in Laudibus desumenda sit Antiphona ex secundis, an vero ex primis Vesperis?

13. An in die commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, in qua omnes Missæ, excepta conventuali post Tertiam, celebrandæ sint pro defunctis, reponi debeat festum dupl. maj. translatum, S. Joachim v. g. SS. Nominis, aut Rosarii B. M. V. vel Angelorum Custodum? an ulterius translatis Officiis istis recitari debeat Officium de die infra Octavam omnium Sanctorum, an vero in hoc peculiari casu reponi prius possit Officium aliud dupl. min. pariter translatum, quod pro tali die non excludit Missas Defunctorum. S. C. rescribendum censuit Ad 1. et 2. « Dilata, et videantur particulariter. » Ad 3. « Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam, excepta Missa Solemnis. » Ad 4. « Ut ad proximum. » Ad 5. « Affirmative, exceptis illis trium lectionum, festo, et octava Corporis Christi, et quoties legitur nona lectio de homilia super Evangelium. » Ad 6. « Negative, et serventur Rubricæ. » Ad 9. « Affirmative. » Ad 11. « Negative quoad primam partem, Affirmative quoad secundam. » Ad 13. « Dentur decreta Sac. Congregationis. » Et ita declaravit, et servari mandavit. « Urbis, Seu Ord. Minor. Observant. S. Francisci. Die 28 Martii 1775. »

4. 1. Sancti, qui in fine anni supersunt, vel sunt ritus duplicis, vel semiduplicis, diebus eorum propriis considerandi sunt tamquam simplices ex decreto 26. Novembris 1735. (3889, ad 5.) In Rituali autem P. Cavalieri Tom. 1, cap. 6, decret. 5 (*in ordine* 73) legitur, hujusmodi officia tractari debere ad normam Rubricarum de festis simplicibus, addita tamen commemoratione in secundis Vesperis. Sed cum per decretum 23. Januarii 1745. (In Lunen Sarzanen. 4017.) facienda sit commemoratio S. Silvestri in die Dicationis propriæ Ecclesiæ, dubitatur nunc: An si officia hujusmodi Sanctorum vel sint ex se ritus dup. vel semiduplicis, inciderint in festis solemnioribus primæ classis, fieri de illis debeat commemoratio maxime in Dominica Paschæ, et Pentecostes, et duobus sequentibus diebus (ubi etiam cessant octavæ) ac in festo Corporis Christi, et Ascensionis?

2. Ambigitur, an talium Sanctorum (vel sint ex se ritus duplicis, vel semiduplicis) commemoratio recitanda sit in primis Vesperis, primæ, vel secundæ classis?

3. Quaeritur: utrum hujusmodi Sanctorum commemoratio præponenda, vel postpo-

nenda sit commemorationi Dominicæ, vel Octavæ, seu infra octavæ, si cum illis concurrat?

6. Quando recitatur de S. Confessore, et in Laudibus fieri debet commemoratio de infra octavam alterius Confessoris propriam non habentis; quaeritur, unde desumenda est Antiphona, ex primis Vesperis, an potius ex secundis, cum infra octavam primas non habeat Vesperas?

8. An commemoratio SS. Sacramenti ob ejus expositionem in duplici primæ et secundæ classis debeat uniri cum oratione Missæ sub unica conclusione, quando iussum concurrunt aliæ commemorationes de præcepto, aut de feria majori? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. 2. et 3. « Commemoratio Sanctorum novem Lectionum, qui in fine anni supersunt, nec sunt transferendi ad annum sequentem, ut alias decretum; aut sint ritus semiduplicis, aut duplicis etiam majoris, diebus eorum propriis (etiamsi occurrant in festis primæ, et secundæ classis) facienda est ad instar diei Octavæ, et Dominicæ tam in occurrentia, quam in concurrentia, habita ratione ad ritum, quo descripti sunt in propriis Calendariis; exceptis tantum ultimo triduo majoris hebdomadæ, festis Paschæ et Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, in quibus nulla SS. commemoratio omnino tolerari debet. Quoad ordinem vero, si die eorum propria aliæ commemorationes occurrant, servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur Officium, aut Vesperæ integræ, aut Capitulum, aut di-

#### COMMUNIO.

##### S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Indulti sumendi SS. Eucharistiæ Sacramentum in nocte Nativitatis Domini pro Monialibus Monasterii S. Mariæ Ægyptiacæ nuncupat. *di Pizzofalcone* Ordinis S. Augustini Civitatis Neapolis: « Servetur Decretum. die 9 Decembris 1760. »

Cum S. R. C. supplicata fuisset, ut declarare dignaretur: (2. An Dignitates, Canonici, Portionarii, cæterique Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis Conchensis teneantur Sacramentum Eucharistiæ accipere de manu Celebrantis in Missa conventuali feria V. in Cœna Domini, sicuti faciunt cæteri de Clero, in suis Parochiis quin in posterum liceat privata Missæ sacrificia celebrare. Et eadem S. R. C. rescribendum censuit: « Servetur Decretum jam emanatum in una Civitate. die 27 Sep. 1608, die 22 Dec. 1770. » Præfatum autem Decretum supra laudatum est, ut sequitur: An omnes Dignitates, Canonici, Portionarii, et alii Sacerdotes Ecclesiæ Cathedralis Feria V. in Cœna Domini debeant non celebrare, sed sacram Communionem sumere de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, prout ordinatur in libro ceremonialis episcoporum, et prout in dicta Ecclesiæ servabatur; licet postea per consuetudinem, seu potius desuetudinem, consueverint singuli Presbyteri, Dignitates, Canonici, et Man-

midæ. Ad 6. Negative quoad primam partem, et Affirmative quoad secundam, scilicet pro Laudibus sumendam esse Antiphonam de secundis Vesperis, et pro secundis Vesperis de Laudibus: in utroque tamen casu cum y de primis Vesperis. Ad 8. Uniendam esse in fine aliarum Commemorationum de præcepto. Ord. Min. S. Francisci De Obser. Provinciae Conceptionis B. M. V. In Regno Portugalliæ, die 18 Decembris 1779. »

(5. 21. B. Virgo Maria est Patrona principalis totius Ordinis Carmelitarum. Quaeritur ergo: Utrum Patres Carmelitæ discaleati, quando recitatur officium de feria simul cum officio parvo B. M. V. possint, et debeant inter Suffragia Sanctorum facere commemorationem de eadem non solum in Conventibus, quorum Ecclesiæ sint eidem Virgini dicatæ quocumque titulo, sed etiam in omnibus Conventibus Ordinis ratione prædicti specialissimi Patronatus?

22. Utrum inter Suffragia Sanctorum fieri debeat a Regularibus commemoratio Titularis suæ Ecclesiæ, non obstante, quod etiam fiat de Patrono principali Religionis?

23. Utrum in Hispania teneantur Regulares facere commemorationem S. Jacobi Apostoli Patroni principalioris Regni, quando in Officio divino dicuntur Suffragia Sanctorum, et apud Regulares fit commemoratio Patroni principalis Religionis? S. C. rescribendum censuit. Ad 21. *Affirmative in omnibus*. Ad 22 et 23. *Affirmative*. Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Hispaniæ. Die 16 Februarii 1781.

sionarii, per se ipsos dicta die Missas celebrare: S. R. C. respondit: « Servandam esse regulam præscriptam in Libro Cæremionali, ut scilicet feria V. in Cœna Domini in memoriam, quod D. N. J. C. manu sua propria omnes Apostolos communicavit, omnes Presbyteri tam Dignitates, quam Canonici, et Mansionarii communionem sumant de manu Episcopi, vel alterius Celebrantis, et prout etiam antiquitus in dicta Ecclesia Civitaten. servabatur. Conchen. die 27 Septembris 1608. »

(3. Proposito dubio an Canonicus Sacerdos in Feria V. Cœnæ Domini Communionem generali super almutiam stœiam a collo pendentem habere debeat, vel solum super cottam. Et S. R. C. censuit respondendum: Servandam esse locorum consuetudinem die 10 Septembris 1796, ad 5.

(4. Cum Sacerdos Joannes Baptista Berni recenter Archipresbyteratus Ecclesiæ Parochialis titulo SS. Cosmæ et Damiani, loci vulgo nuncupati Canoscio, Diocesis Tiphernen., potitus, antiquam consuetudinem in eadem Ecclesia invenerit Sacrosanctam Eucharistiæ impertiendi Fidelibus in Sabbato Sancto pro satisfactione etiam Paschalis præcepti, et anceps hæserit: Num eadem consuetudo servanda foret, sive utpote abusiva removenda? Ut omnem anxietatem deponeret, supplex fuit apud S. R. C. pro declaratione

sequentis Dubii, videlicet : An liceat in Sabbato Sancto inter Missarum solemnities Sacram Eucharistiam Fidelibus distribuere, et num per eandem sumpcionem sacræ Communionis præceptum Paschale adimpleatur?

(5. Et S. eadem Congregatio, audito prius uno ex Apostolicarum cæremoniarum Magistris, qui scripto suam sententiam protulit, referente E., et R. D. Card. Crivelli Ponente, respondit : *Affirmative in utroque.* Tiphernen. die 22 Mart. 1806.

Proposito dubio : An die magni concursus ad Indulgentiam plenariam vel ad Jubilæum possit ministrari Sacra Eucharistia fidelibus aliqua hora ante auroram, et post meridiem. S. C. respondit : (6 In casu de quo agitur, Affirmative a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia Missæ celebrantur, vel ad formam Rubricæ, vel ad formam Indulti eidem Ecclesiæ concessi. Juden. ad 37. die 7 septembris 1816.

#### CONCEPTIO B. M. V.

##### S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Cum a Clero Ecclesiæ Cathedralis Funchalen. recitari consueverit in omnibus etiam Sabbatis Adventus, Quadragesimæ, quatuor Temporibus, et Vigiliarum Officium Conceptionis B. M. V., quod ex indultis Summorum Pontificum *Julii II, Urbani VIII*, eidem Clero concessum fuerat ritu semiduplici pro omnibus anni Sabbatis non impeditis Officio novem lectionum, exceptis Vigiliis Nativitatis Domini, Pentecostes, et aliis similibus; R. Episcopus a S. R. C. declarari cupiens: An prædicta consuetudo sit continuanda in casu etc.; vel servanda sint Decreta ejusdem Sac. Congregationis edita *annis 1651, et 1706*, prohibentia similium Officiorum recitationem in Adventu, Quadragesima, quatuor Temporibus, et Vigiliis etc? (vide supra Num. 1480, 3592.)

Et S. C., ad relationem mei infrascripti Secretarii, declaravit : « Servanda. Funchalen. die 13 Septembris 1760. »

(2. 1. An liceat celebrare Festum solemne cum præcedentibus novemdialibus supplicationibus Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in Ecclesia Collegiata Terræ Tophiæ die 8 Decembris, quibus celebrantur in Ecclesia S. Alexandri Patrum Minorum Conventualium ejusdem loci? S. C. Ad 1. « Quoad festum solemne, Negative quoad Ecclesiam Collegia-

#### CONCILIIUM.

##### S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

1. Episcopus non solum in Civitate sed in quolibet Diocesis loco Synodum convocare potest : Viter. seu Tuscan. 14 Septembris 1782, § 2.

(2. Sed si nullum obstet impedimentum, expedit ut illa semper in Ecclesia Cathedrali celebretur : *Ibidem.*

(3. Quando duæ Cathedrales Ecclesiæ ab uno eodemque Episcopo moderantur, potest Episcopus inspecta juris severitate in Ecclesia quam maluerit, Synodum celebrare, cui

(7. In Communione Ordinandorum si communicantur etiam Ordinati in Minoribus Episcopus uti debet forma : « Corpus D. N. Jesu Christi custodiat Te in vitam æternam : » non vero : « Animam tuam. » S. C. Marsorum ad dub. 15. die 12 Novembris 1831.

##### S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. A Parœcia S. Laurentii Urbis S. Severini ad aedes Congregationis S. Philippi Neri e fronte positas ejusdem Ecclesiæ SS. Communionem deferri prohibuit S. C. per aditum subterraneum (quamquam lucidum et decentem) donec Inquilini, qui eas conduxerant, discederent, ac rediret Comunitas Religiosa; mandavitque Episcopo Clausuram januæ ad hujusmodi aditum ducentis. In S. Severini die 8 Februarii 1814, ad 2. dub.

tam; quoad preces novemdiales juxta mentem, nempe, pro concordia arbitrio E. Ponentis, qui eodem arbitrio utendo declaravit : Preces novemdiales præmittendas Festivitati Conceptionis B. M. V. Immaculatæ peragi licere in Ecclesia Collegiata per Archipresbyterum, et Canonicos de mane, sive horis matutinis; in Ecclesia vero S. Alexandri esse celebrandas per Patres Minores Conventuales de sero, sive horis vespertinis. » Nullius Farfen. die 6 Augusti 1763.

(3. 15. An Missa votiva de Conceptione B. M. V., quæ ex indulto S. R. C. in singulis Sabbatis per annum, exceptis privilegiatis, et impeditis Festo dupl. primæ et secundæ classis, cantari potest in omnibus Ecclesiis nostri Ordinis Seraphici, cantari possit cum *Credo*, et unica Oratione; an vero sine *Credo*, et cum secunda Oratione de Officio occurrenti, et tertia de Spiritu Sancto, nisi occurrat simplex, aut alia commemoratio; vel cum secunda Oratione de Spiritu Sancto, et tertia Ecclesiæ, vel pro Papa, ubi de Officio occurrente cantata, vel saltem lecta fuerit Missa conventualis? S. C. respondit : « Negative quoad primam partem, *Affirmative* quoad secundam, et serventur Rubricæ Urbis, seu Ordinis Minorum observantia S. Francisci die 15 Junii 1776. »

Ecclesiastici omnes utriusque Diocesis interesse tenentur, editasque constitutiones inviolabiliter servare. *Ibid.* § 3.

(4. Et ad evitandas inter utramque Ecclesiam simultates, et concordiam fovendam maxime expedire, ut Synodus modo in una, modo in alia habeatur. *Ibid.* § 4.

(5. Si consuetudine invectum fuerit, ut Synodus alternis vicibus habeatur in utraque Civitate, tunc non ex decencia, sed ex justitia hujusmodi alternatio servanda est : *Ibid.*

(6. Quum a Sacro Senatu Consilium a sua

doctrina postulatum fuisset, utrum Synodus alternatim ab Episcopo convocanda sit in Cathedrali Viterbiensi, et in altera Tuscanensi, vel potius separatim in et pro unaquaque ex dictis respectivis Ecclesiis? re-

#### CONCURSUS.

##### S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. In lucem prolato ad Canonicatum Pœnitentiariarum Ecclesiæ Cathedralis concursu, examen factum est, et unus Sacerdos Paschalis Goberti Episcopalis Seminarii Rector adprobatus fuit. Ægre id tulit Sacerdos Bonifilius Gervasi, et una cum reprobo Sacerdote Jo. Theodori nullum proclamavit concursum, injustam Goberti electionem, et novum eflagitavit examen. Sed de validitate concursus constare S. C. definiit. Ripana 19 Januarii 1788. At urgente Gervasio neglectam fuisse Benedicti XIII. Const. *Pastoralis Officii* Vide Not. 619, quia Examinatores extra Synodum tres erant deputati absque facultate S. C. et omissum juramentum in Encyclica S. C. (vide not. 620.) præscriptum; S. C. respondit consulendum SS. esse pro sanatione concursus : 12 Julii 1781.

(2. Concursu ad vacantem Parochialem Ecclesiam S. Savini lacus Trasimeni ab Episcopo nuntiato, Prosynodales Examinatores absoluto examine duos adprobant Sacerdotes jam Ecclesiarum Rectores. In primo vero loco Laurentium Allegri, in secundo autem Vincentium Turrini, quoad scientiam, quoad merita pariter ambo laudati fuerunt, primum tamen locum obtinuit Turrinius, secundum Allegrius. Utriusque meritis ab Episcopo circumspicis, Sacerdotem Vincentium Turrinium præelegit, in possessionemque misit. Irrationabilem alter hoc in judicio Episcopum fuisse contendit, sed ab hac macula Episcopum S. C. vindicavit : Perusina Parochialis die 28 Julii 1781.

(3. Sequuta vacante Præposituralis, et Parochialis Ecclesiæ castri Spinetuli per liberam resignationem illius in manibus summi Pontificis sponte factam a Francisco Antonio Feriozzi, indictus fuit concursus. Nonnulli admissi non fuerunt, et examen habitum fuit, spreta contestata denunciatione super concursus nullitate in actis emissa ab Emygdio Michelessi rejecto. Electus autem fuit Angelus Trojani, ob id fuerunt literæ Apostolicæ impetratæ sub prætextu nullitatis concursus, ex quo in albo competitorum descriptus haud Michelessi fuit, quia absque testimonialibus Episcopi, fide baptismatis, aliisque comparuit. Rem inde definiit S. C.; neutram videlicet esse supplicationem signandam, et iterum concursus indicendum : Asculanæ Parochialis die 22 Decem. 1781.

(4. Parochia SS. Petri et Pauli oppidi Frontini vacua, concursus Episcopus promulgavit. Ex quatuor concurrentibus Clericus Petrus Serlibvestri fuit laudatus, re iqui reprobatum fuerunt. Sed quum ille

sponsus prodiit arbitrio et prudentiæ Episcopi quoad utramque partem, prout magis in Domino, et utriusque Ecclesiæ utilitatem expedire judicaverit : Viterbien. seu Tuscan. 11 Januarii 1783, dub. 1.

Ecclesiam assequi non potuisset propter ætatem, novus concursus indictus fuit, in quo præter duos ex reprobatis comparuit Sacerdos Vincentius Benvenuti, qui idoneus ad illam Parochiam assequendam inventus haud fuit. Expostulavit hic, et a mala Examinatorum relatione appellavit; etiamsi postea Episcopus ex mandato S. C. alium concursus peregerit, in quo Sacerdos Ravogli electus fuit. S. C. hac super re quæsita, præelecto Parochiam adjudicavit, et querimoniam Benvenuti nihil profecit: Feretana Parochialis die 8 Febr. 1783, dub. 1, et 2.

(5. Ad implendum vacantis Parochialis Ecclesiæ S. Michaelis oppidi Trebiani munus, duos Examinatores comprobarunt presbyteros, sed disparibus suffragiis. Sacerdos enim Daniel Fratreschi octo reportavit, Sacerdoti vero Bartholomæo Ratto quinque tantum suffragati sunt. Hunc tamen præelegit Episcopus qui eum esse idoneum ad regendam Ecclesiam fassus est, et docuit; ac propterea de rationabili Episcopi judicio a S. C. dubitatum non fuit: Lunen. Sarzanen. Parochialis die 3 Aprilis 1783, confirmat. 21 Junii ejusdem anni.

(6. In electione Canonici Pœnitentiarii Ecclesiæ Metropolitana Beneventi S. C. mandavit convocationem concursus post emanatam Constitutionem *Pastoralis Officii* Bened. XIII. rel. in Append. Concilii Rom. celebrati anno 1723, num. 2, ubi § 6, habetur : « Postremo quæcumque hactenus de Præbenda Theologica, et sacræ Scripturæ lectione sancivimus, extendimus etiam ac ad amussim observari volumus, et mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursus deputacionem, omniaque alia ad illius officium pertinentia, et præter illa quæ a nobis superius disposita sunt, ea insuper quæ Tridentina Synodus cap. 8, sess. 24, de reformat. de hujus Ministri qualitate, ætate, ac exemptione a servitio chori constituit, exacte observari decernimus, præcipimus, et mandamus. » Beneventana die 22 Maii 1784, dub. 1, confirm. 21 Aug. ejusdem anni.

(7. Urgente Sacerdote Bonifilio Gervasi neglectam fuisse in concursu confecto ad Ecclesiæ Cathedralis Canonicatum Pœnitentiariarum Benedicti XIII. Constitutionem *Pastoralis Officii* rel. in Append. Concil. Roman. num. 2, quæ de collatione Præbendæ Pœnitentiariæ idem disponit, quod de Theologica Præbenda habetur § 2, ut : « per Edictum publicum vocentur quicumque concurrere, et examini sese subicere voluerint, eorum Episcopo, et quatuor Examinatoribus, etiamsi Synodales non sint, ab eodem Episcopo actu

